



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

243. feria 6. de optimo vitia superandi modo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Peria 6. Dom 10 post Pentecost. 435

possunt, ut vivant nobiscum: restat igitur una assequenda pacis via, si extinguatur.

Conf. 2. Quomodo Num. 33. dicatur: *Disperditis omnes habitatores terra illius, confringite titulos, & statuas comminuite, &c. alii erunt clavi in oculis, & lancea in lateribus. Extinctis autem ijs possumus, secundum consuetudinem eorum, qui pace fruuntur, de promovendis bonis cogitare, & vitijs & vitiis virtutes plantare.*

MEDITATIO CCXLIV.

Peria 6. Domin. 10. post Pentecost.

De optimo vitia superandi modo.

Videbo me in armamentario bellico, & praeligam Sapientiam, quia *melior est Sapientia, quam arma bellica.* Eccli. 9. A qua petam artem optimam vitia superandi.

Conf. 1. Vnum genus armorum, & victoriae est, non esse victum: quando tentationes luctantur cum milite Christi, ipse autem virtute destitutus tantum non consentit, periculosus est hic conflictus, sicut enim ex ignorantia sequitur error, sic ex defectu virtutis vitium committitur.

Conf. 2. Alterum pugnae genus multo praestantius per studium virtutis, videlicet per triplicem virtutis gradum. 1. est, in tentatione nihil vitij interni, externique admit-

T 3 tere.

436 *Feria 6. Domi. 10. post Pentecost.*
tere, oppositi virtuti. 2. Est, exercere actus
internos, & externos virtutis oppositū vicio,
quo tentor. 3. Exercere ejusdem virtutis ac-
tus heroicis, internos, & externos Quia ex-
terni sine internis non valent, cum etiam
mente captis exerceri possint. Et rursum
quia interni sine externis, non tam diu du-
rant, non fiunt cum tanto conatu, non ha-
bent tantam vim ad habitus acquirendos
virtutum, non omnes potentias ad perfe-
ctionem adaptant.

Cons. 3. Auxilia præstandi & exercendi hanc
doctrinam desumi à scientia definitionis
virtutis, ejus materiae actionem, & incita-
mentorum ad eam, aut occupando tenta-
tionem per propositiones conditionatas, vel
contraire tentationi digressionem, ut ille in
Thebaide vexatus spiritu foedo, vexavit se
labore, & confusione.

MEDITATIO CCXLIV.

Sabbato Domin. 10. post Pentecost.

*B. Virgo Refugium in tenta-
tionibus.*

Videbo B. Virginem ut castrorum aciem
ordinatam, aut turrim illam, è qua pen-
dent mille clypei. Petā protegi ejus præsidio.

Cons. 1. Causas, propter quas in tentatio-
nes labimur, esse quatuor: oritur enim ten-
tatio